

LS









DISPVATIO THEOLOGICA
INAUGVRALIS
DE
ENTHVSIASMO
MOHAMMEDIS.

QVAM,
VT

DOCTORATVM THEOLOGICVM
CONSEQVATVR,

DIE VIII, SEPTEMBRIS MDCCCXLV,

PROPALAM TVEBITVR

CHRISTIANVS KORTHOLTVS. M. A.

*in Academia Regia Georgia Augusta Professor S. Theologiae
publicus extraordinarius, & ad Aedem Academicam Verbi
diuini Minister.*



GOETTINGAE,
APVD ABRAM VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.



ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

DOMINO

GERLACO ADOLPHO

L.B. DE MVNCHHAVSEN

DYNASTAE STRAVSFVRTI

RELIQVA

AVGVSTISSIMI ATQVE POTENTISSIMI

MAGNAE BRITANNIAE REGIS ET ELECTORIS BRVNSVICO-
LVNEBVRG. &c. &c.

MINISTRO STATVS

ET CONSILIARIO INTIMO

SVMMO DVCATVS CELLENSIS PRAEFECTO

ADELECTIONEM IMPERATORIS

PRIMARIO LEGATO PLENIPOTENTIARIO

SPLENDIDISSIMO



ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

CVRATORI SAPIENTISSIMO

VIGILANTISSIMO BENIGNISSIMOQVE

MAECENATI SVO

SVMMO

HANC

DE ENTHVSIASMO MOHAMMEDIS

DISPVATIONEM INAVGVRALEM

THEOLOGICAM

DEMISSO ANIMICVLTIVINA HESIMIA BRANVICO

LIVEBURG. & SC.

DEDICAT

MINISTRO STATVS

ET CONSILARIO INTIMO

SVMMO DVCATVS CHEMIE BRANVICO

ADLECTOR MEMORATORIS

CHRISTIANVS KORTHOLTVS.

LEGATO BRANVICO

SPRANVICO



PROOEMIUM.

Non defuere nostra aetate eruditissimi viri, qui ex Arabum scriptis tanta sollertia omnia ea conquisiuerunt, quae ad illuminandam atque ornandam Mohammedanam religionem possunt conducere; ut, nisi de eorum in Christianam religionem voluntate propensiore aliunde constaret, eos Mohammedanae religionis causam ex animo agere tibi persuaderes. Ad triumuiros videlicet prouoco in literatura Arabica exercitissimos; HADRIANVM RELANDVM, cuius de religione Mohammedica libri duo omnium versantur manibus, IOANNEM GAGNIER, qui ISMAELIS ABULFEDAE de vita & rebus gestis MOHAMMEDIS, Moslemicae Religionis Auctoris, & Imperii Saraceni fundatoris, commentarium arabice scriptum, non solum latine vertit, verum etiam notationibus e Korano, Sonna, & praestantissimis scriptis Arabum petitis, egregie illustrauit; 1) & GEORGIVM SALE, cuius KORANI interpretatio Anglicana, cum disputatione praefationis loco praemissa doctissima, & animaduersionibus plurimis, ex ipsis Arabum commentariis in Koranum depromptis, Londini, multiplici cum eruditi orbis plausu, lucem adspexit. 2) Tantum vero abest, ut his Mohammedanae sententiae interpretibus vitio vertam; quod nihil eorum omiserint, quae in rem suam Mohammedani ullo modo vertere possunt; ut potius

1) Oxonii 1723. in folio prodiit.

2) The KORAN. commonly called the Alcoran of Mohammed, translated into English immediately from the Original Arabic; with Explanatory notes, taken from the most approved Commentators, to which is prefixed a Preliminary Discourse by GEORGE SALE, Gent. London 1734. in 4.

MVI) 0 (

eius eorum sinceram fidem maxima laude dignam iudicem.
 3) *Illud tantummodo tacitus hic praeterire non queo, horum magnorum virorum in ornando Mohammede industriam, non minorem sollicitiam efflagitare, in religione Christiana contra Mohammedanorum obiectiones defendenda, nouaque Mohammedicae religionis refutatione adornanda, occupatam. De plerisque enim scriptoribus Anti-Mohammedicis non possum non cum RELANDO profiteri; quod non religionem Mohammedicam, sed umbras suas oppugnaverint. Videas enim hunc magno apparatu probantem, contra Mohammedanos scilicet, Deum non esse corpus, sed spiritum; illum, Diabolo esse non posse Dei amicos, sed eius hostes; alios, lotiones corporis nihil conferre posse ad munditiam animae, & plura eiusdem commatis. Haec quum operose & multa contentione ab iis disputata sunt, arbitrantur, se Mohammedem egregie confutasse; quum nec Mohammed nec Mohammedani unquam istiusmodi opiniones fuerint amplexi. Quid est ignoracionem*

- elen-
- 3) IO. GAGNIER in praefatione, ABULPEDIAE de vita MOHAMMEDIS Commentario, praefixa p. XXI. „Omnia, inquit, in hoc opere, tam in textu Auctoris nobilissimi, & longe doctissimi, quam in Notis Al. Corani, & Sonnae, nec non aliorum siue Doctorum, siue Historicorum Arabum, verba, summa qua fide potui, & debui, transtuli latine, appposito vbique Arabico textu, qui hic omnino necessarius fuit, tum, ne quid de meo confictum quis putaret, tum maxime ad linguae ipsius Arabicae, quod nostri muneris est, cognitionem pro virili mea promouendam. Neque, spero, quisquam mihi vitio vertet, quod a Refutationibus abstinuerim; hanc prouinciam integram THEOLOGIS relinquo. Id unum volui, vt Mohammedem nativis suis coloribus, qualem sibi amant depingere eius aetate, omissis Graeculorum, aliorumque figmentis, quae dudum a viris doctis, & cordatis, explosa sunt, fideliter, quasi in tabella, nostris hominibus repraesentarem. „

elenchi committere, & non probare, quod probandum est, si hoc non est? Hoc est commenta cerebri sui ut veros hostes aggredi, & νικῆν πολέμουσ οὐκ ὄντας, uti scite de Caio Caesare PHILOSTRATVS. 4) Et quamuis EVTHYMIUS ZIGABENVS, RICHARDVS aliique 5) exquisitissimis rationibus Mohammedanos viique redarguerint, iidem tamen, additis multis argumentis admodum imbecillibus, aut non satis firmis, demonstrationi suae vim detraxere, aduersariorumque exceptionibus locum reliquerunt. Quocirca non solum maior argumentorum delectus habendus est, sed etiam nonnulla argumenta aliter inveni atque proponi debent, quo contra Mohammedanos disputatio felici cum successu institui queat. Quae quum ita sint; ab aliquo tempore in rationes, quibus Mohammedica religio infirmari atque conuelli optime possit, accurate & cogitate inquisui, deque noua Mohammedanae religionis refutatione elaboranda consilium cepi. Cuius quidem me non poenituit, quam celeberrimi HVMFREDI PRIDEAVX de vita & Impostura Mohammedis librum 6) haud ita pridem attento animo

- 4) RELANDVS in praefatione libro de religione Mohammedica praemissa §. X.
- 5) Scriptores aduersus Mohammedanos ex instituto recenset B. IO. ALBERTVS FABRICIVS in Syllabo Scriptorum, qui veritatem religionis Christianae asseruerunt, Cap. L. p. 733-750. conf. Eiusdem Notitia propagatorum per orbem totum Christianorum sacrorum Cap. XXV. p. 487-497.
- 6) „The true Nature of Imposture fully Display'd in the Life of Mahomet, with a Discourse annex'd for the Vindication of Christianity from this Charge, offered to the Consideration of the Deists of the present Age, by H V M P H R E Y PRIDEAVX D. D. Dean of Norwich.„ Septima editio, qua
vtoꝛ

animo legerem. *Quemadmodum enim GEORGIUS SALE in eius historiae Mohammedis enarratione multa iure meritoque reprehendit; sic mihi parum accurate contra Mohammedem disputasse videtur. PRIDEAVSII autem in hoc argumento admissi errores tanto magis aliam contra Mohammedanos dissertationem poscunt, quanto maiori cum plausu eius de Mohammede liber exceptus est, & quanto rectius idem, ob egregia argumenta, quibus in eodem Christianae religionis praestantia defenditur, inter utilissimos Libros merito suo numeratur. Hac ipsa igitur disputatione PRIDEAVSII argumenta, quibus Mohammedem Impostorem fuisse demonstrare adnititur, sub examen vocabo, novae Mohammedismi refutationis, quam meditor, & alia occasione publicae luci exponam, utilitatem declaraturus.*

CA-

vtor, Londini 1718. in 8. typis exscripta est. Praeter saepius autem repetitas editiones Anglicanas, prodiit etiam Gallice, Amstelod. 1698. in 8. sub titulo: *La vie de Mahomet, ou l'on decouvre amplement la verité de l'imposture.* Extat etiam Belgice, & Germanice: *Vergleichung der Christlichen und Mahomedischen Religion.*



CAPVT PRIMVM.

QVID IN PRIDEAVSII REFVTATIONE
MOHAMMEDISMI DESIDERANDVM?

§. I.

Quum exemplo disputationis PRIDEAVSII contra Mohammedanos explanare instituo, non inutile esse operam, quae in noua Mohammedicae religionis refutatione, adornanda, collocatur, opus esse non iudico, multis verbis repetere, quae RELANDVS, GAGNIER, SALE, aliique praestantissimi viri, de *Mohammede*, eiusque doctrina, exposuerunt. Nam ad institutum meum sufficit, ex eorum scriptis, suo tantum loco, adnotare, quae ad argumentum, quod persequor, illuminandum conducunt. Quocirca mihi animus non est, ea quae PRIDEAVS de vita *Mohammedis* tradidit, examinare. Monebo tantum, quid in eius de Impostura Mohammedis obseruationibus nequeam perferre. Nolo etiam PRIDEAVSIO exprobrare, quod multa praeclara argumenta, a celebratissimis Theologis dudum vsitata, in refellendo *Mohammede*, perperam neglexerit. Neque enim incorruptam librorum Veteris & Noui Testamenti integritatem, quam *Mohammedes* impugnat, solidis argumentis defendit; neque eius obiectiones contra religionis Christianae mysteria refutat, neque ex ipso *Korano* argumenta excerpit, quibus *Mohammed* legationem suam diuinam demonstrare adnititur, eaque momento suo ponderat; neque reuelationis diuinae characteres *KORANO* deesse docet. Videlicet satis esse arbitratur; *Mohammedem* impostorem stricte sic dictum nominare,

A

qui eo tantum consilio nouam religionem finxit, vt sibi ad imperium viam muniret, atque ad ambitionem & libidinem suam explendam amplam nancisceretur occasionem. 7) Nihil enim habet dubitationis, PRIDEAVSIUM instituto suo abunde satisfecisse; modo imposturam *Mohammedis* exquisitis rationibus demonstrasset. At secus se res habet, neque fundamento, quod PRIDEAVX demonstrationi suae subiicit, Mohammedismi refutationem tuto committi posse existimo.

§. II.

Equidem cum HUMFREDO PRIDEAVSIO *Mohammedem* Impostorem nominare non dubito, quodli impostoris nomine generaliori significatione unusquisque, qui alios decipit, intelligatur. Haud dubiis enim argumentis, suo loco a me proferendis, firmissime conuictus sum; detestabilem & pestiferam esse, quam *Mohammed* docuit religionem. Neque vlla mihi cum PRIDEAVSIO de *Mohammedis* piis fraudibus controuersia est. Has enim eum saepenumero suscepisse, lubentissime largior. At vero, postquam KORANVM,

7) FRIDEAVX l.c. p.101. „What it was, that put Mahomet on
 „ his Imposture, the foregoing History of his Life suffici-
 „ ently shews, it was his AMBITION, and his LVST. To
 „ have the Sovereignty over his Country, to gratify his
 „ Ambition, and as many Women, as he pleased, to satiate
 „ his Lust, was what he aim'd at; and to gain himself a
 „ Party, for the compassing of this, was the grand Design
 „ of that new Religion, which he invented, and the whole
 „ End and Reason of his imposing it on those, he deluded
 „ thereinto. „

NVM, a SALEIO ex ipsis Mohammedanorum scriptorum commentariis illustratum, debita cum attentione lectitavi, illi caussae suae pessime consulere mihi videntur, qui Mohammedicam religionem refutaturi, *Mohammedem* Impostorem stricte sic dictum appellant, eundemque nouam religionem, quam ipse vanam habuit ac falsam, eo consilio excogitasse propugnant, vt ambitioni atque libidini suae satisfacere, neque solum ad summum in Arabia imperium adspirare, verum etiam multas coniuges ducere, concubinasque alere posset. Eorum potius sententiae accedo, qui tuentur, *Mohammedem* se ipsum fraudasse, atque sibi firmiter, licet perperam, persuasisse, impetum suum, quo ad emendandam Arabum religionem ferebatur, a caussa supernaturali & diuina prouenire. 8) Fanaticum igitur eum fuisse teneo, atque, quum cogitata somniaque sua pro diuinis reuelationibus habuerit, Enthusiastam etiam fuisse contendo. Ceterum, quum & Fanaticismus & Enthusiastus diuersa ratione se exferat, & varii eius sint gradus; quum hic in vna re, ille in pluribus ab

ima-

- 8) Ex iis summe Venerab. IO. LAVR. MOSHEMIVS in *Institut. Historiae Christianae antiquioris saec. VII. P. I. Cap. II. §. III. p. 475*: „Veri valde simile est, Mohammedem superstitionis, „ qua ciues suos laborare videbat, odio ita actum fuisse, vt „ in animi morbum incideret, vereque crederet, diuinitus „ sese ad corrigendam Arabum religionem excitatum esse. „ Sed certum quoque, ipsum postea, quum ex voto sibi succedere institutum negotium cerneret, impiis dolis & fraudibus leuem & credulam turbam decepisse, resque suas „ firmasse. Neque hoc ab hominis fanatici natura abhorret. „

imaginatione sua decipiatur; hic vehementiore, ille remissiore impetu ea persequatur, ad quae per corruptam *φαντασιαν* impellitur, summusque Enthusiismi gradus sit, quum quis diabolicis illusionibus, quas pro diuinis habet, agitur, ipsum gradum Enthusiismi *Mohammedis* definire, omnemque eius rationem accurate describere, non ausim.

§. III.

Non autem exigui momenti, sed summa inter PRIDEAVSIUM & me dissensio est. Ille enim *Mohammedem* Impostorem stricte sic dictum, vocandum esse opinatur, quum ego sustineam; Fanaticum atque Enthusiastam eum nominari merito atque optimo iure debere. Quamuis enim parum referre videatur, vtrum Impostor an Fanaticus fuerit, modo de eodem certissime constet, quod, praeter omnem rationem, se summi Numinis legatum dixerit: non negligi tamen haec controuersia commode potest, postquam PRIDEAVX, & ante eum multi alii, Imposturam *Mohammedi* obiiciendo, initium disputationis suae contra Mohammedicae religionis veritatem fecerunt. Si enim vel maxime *Mohammed* impostor fuisset, docendum tamen esset; illos, praeter necessitatem, difficillimam sibi reddere Mohammedismi refutationem, qui omnem eius vim in demonstratione Imposturae *Mohammedis* collocant. Ipse PRIDEAVX ex rei veritate iudicat, neminem Impostorem stricte sic dictum esse posse, nisi in summo gradu sit impius. At vero, quis non intelligit, quam difficilis sit probatio; vbi contra Mohammedanos demonstrandum est, sceleratissimum fuisse *Mohammedem*, atque ad tantum malitiae gradum peruenisse,

nisse, qui ad Imposturam faciendum requiritur. Neque enim sufficit probare, quod ambitioni, libidini, aliisque peruersis cupiditatibus suis, indulserit, hoc etiam praeterea declarari debet, quod summum Numen nullo habuerit loco, neque ab eodem sibi quidquam metuerit.

§. IV.

Quemadmodum vero ne consultum quidem esset, in disputatione contra Mohammedanos, Imposturam *Mohammedis* praecipue atque principe loco vrgere, si vel maxime eius conuinci posset; sic multo magis causae Christianorum nocent, qui *Mohammedem* Impostorem striete sic dictum appellant, quum argumentis tam solidis, quam quidem expectari possunt, probari queat; ipsum *Mohammedem* religionem, quam publice docuit, falsam non habuisse, sed eum vere credidisse, sese ad corrigendam Arabum religionem diuinitus excitatum esse. Qua de causa rectius utique audit Fanaticus, quam Impostor. Etsi enim iidem, qui *Mohammedem* perperam Impostorem dicunt, aliis etiam solidissimis argumentis Mohammedicam religionem refellunt; hoc tamen errore suo efficiunt; ut non desit Mohammedanis, quod Christianis respondeant; iisque ansam praebent, ut proferendo de integritate & sincera fide *Mohammedis* argumenta non omnino temnenda, suis cum successu faciant fucum. Addo, aequitatem naturalem, quam omnibus bonis & malis debemus, requirere, ut nemini vni, crimina adscribamus, quorum reus non est.

CA- A 3

CAPVT SECVNDVM.

ARGVMENTA, QVIBVS PRIDEAVX, MOHAM-
MEDEM IMPOSTOREM STRICTE SIC DI-
CTVM FVISSE, PROBARE CONTENDIT,
EXAMINANS.

§. V.

Ad rem ipsam adgredior, in vim argumentorum inquisitionis, quibus *Humfredus Prideaux* declarare admittitur, *Mohammedem* se diuinitus illuminatum dixisse, atque eo tantum consilio nouam excogitasse religionem, quam ipse vanam habuit ac falsam, vt ambitioni atque libidini suae satisfaceret. Ita autem rationes subducit: De *Mohammede* I. constat, quod eo proposito se legatum DEI dixerit, vt ad impias suas cupiditates explendas amplissimam nancisceretur occasionem. Idem II. maxime sceleratus fuit. Ex eius doctrina III. peruersissima eius instituti ratio, atque summa impietas, manifesto illucescit. Eadem IV. aperte falsa continet, & ab ipso V. illicitis adminiculis atque fraudibus, quae VI. diu celari nequeunt, propagata, atque VII. vi tantum & armis stabilita est. Nihil igitur habet dubitationis, quin *Mohammed* impostor, eiusque doctrina veri nominis impostura sit. Quae enim modo recensui, impostoris, imposturaeque certissimae sunt notae, eademque omnes atque singulae in *Mohammedem*, eiusque doctrinam, accurate conspirant, atque conueniunt. 9) Ego vero huic ratiocinationi

19) PRIDEAVX l. c. p. 99, „Now the Marks and Characters
„ which I look on to be inseparable from every such Im-
postu-

) o (7

tioni plaudere nequeo, propterea quod, vt mihi quidem videtur, hi ipsi a *Prideausio* recensiti *Imposturae* characteres, vel in *Mohammedem* non quadrant, vel non sunt certissima *Imposturae* argumenta.

§. VI.

Quod enim ad primum & ad tertium *Imposturae Mohammedis* indicium attinet, (de his enim, vt iunctim agam, ipsa rei natura requirit) nolo quidem infitias ire; illum *Impostorem* esse, qui ea tantum de causa nouam religionem profitetur, vt peruersis cupiditatibus suis satis faciat. Sed vereor, vt *Prideaux.* de *Mohammede* probare possit, eum omnem doctrinam suam ad hoc propositum retulisse. Existimat quidem, ex illis *Mohammedis* institutis hoc sequi, quae ad explendam eius libidinem atque ambitionem aperte tendunt. At vero ad hoc probandum non sufficit; esse inter *Mohammedis* praecepta nonnulla, quae peruersis eius

„ posture, are these following: 1. That it must always ha-
„ ve for its End some carnal Interest. 2. That it can ha-
„ ve none but wicked Men for the Authors of it. 3. That
„ both these must necessarily appear in the very Contex-
„ ture of the *Imposture* it self. 4. That it can never be
„ so framed, but that it must contain some palpable Falsi-
„ ties, which will discover the Falsity of all the rest. 5.
„ That where-ever it is First propagated, it must be done
„ by Craft and Fraud. 6. That, when entrusted with ma-
„ ny Conspirators, it can never be long concealed. And
„ 7. That it can never be establish'd, unless back'd with
„ Force and Violence. That all these must belong to eve-
„ ry *Imposture*, and all particular did so to MAHOMED-
„ TISM; and that none of them can be charged upon Chri-
„ stianity, is what I shall now proceed to shew you.

eius cupiditatibus fauent. 10) Etenim & Fanatici & Enthufiaftae id agunt faepenumero, vt impiis cupiditatibus fuis religionem, quam profitentur, accommodent. Cuncti fi quidem homines natura corrupti libenter fibi perfuadent; omnia ea licita effe, quae peruerfis fuis propenfionibus grata atque accepta funt. Id quod ad fraudes peccati pertinet, de quibus PAVLLVS Ebr. III. 13. agit. Quocirca *Prideaux* demonstraturus, *Mohammedem*, ad peruerfas fuas cupiditates explendas, omnem religionem fuam retuliffe, probare debuiffet; non quaedam, fed omnia instituta Mohammedica eo fuiffe directa, vt eius ambitioni atque libidini inferuirent. Certe, ex eiusmodi institutis, de toto *Mohammedis* confilio, quare fe Legatum Dei dixit, iudicium ferri nequit, quae dudum ante *Mohammedem* vfitata, atque ab illo tantum recepta fuere. Haec videlicet, citra omnem de noua religione cogitationem, in rem fuam vertere potuiffet.

§. VII.

Quae quum ita fint, manifefturn eft, ex iis, quae in Korano de Polygamia, de concubinato, de *Mohammedis* priuilegio, tot, quot voluit, vxores ducendi, extant, non poffe concludi; vt *Mohammed* omnem religionem libidinis fuae miniftram fecerit. Quod enim ad polygamiam attinet, testata res eft, eam dudum ante *Mohammedis* tempora inter Iudaeos atque paganos vfitatam fuiffe. Et quamuis *Mohammed* polygamiam approbauerit, eius tamen licentiam reftinxit, & vltra quatuor vxores fuis ducendas non concessit. Statuit enim

10) PRIDEAUX I. c. p. 80. & p. 101.

enim Korani Cap. IV. *ducite in matrimonium, quae placuerint vobis ex mulieribus, binarium, & ternarium, & quaternarium, non plures. Quod si timueritis, ne aequitatem servare possitis cum illis, ducite tantum unam.* 11) Ad quae quidem verba IALLALODDINVS Arabs scriptor observat: *Erant autem inter illos quidam, qui habebant decem vel octo uxores, nec servabant aequitatem inter eas, ac proinde caelitus demissa sunt haec verba.* 12) Nemo igitur *Mohammedi* polygamiam vitio vertisset, si antiquae superstitionis sectator mansisset, & opus non erat, ut summum Numinis apostolum diceret, quo licentiam plures ducendi coniuges consequeretur.

§. VIII.

Neque feliciori successu *Prideaux*, MARACCIO praeeunte, vrget, ex *Mohammedis* lege omnibus integrum esse, cum tot ancillis, quot cuique libuerit, scortari. 13) Etenim IO. GAGNIER probavit, *Mohammedem* ne quidem hanc licentiam suis concessisse. 14) *Frustra est*, inquit, D. PRIDEAVX dum contendit, a MOHAMMEDE legem omnibus eius affeclis communem promulgatam fuisse, qua illis

11) vid. KORANI Interpretatio latina LUDOVICI MARACCII ex editione Lipsiensi celeb. CHRISTIANI REINECCI sur. IV. 3. p. 74. Eiusdemque Versio Anglicana GEORGII SALE Chap. IV. p. 60.

12) conf. IO. GAGNIER adnotationes ad ABULFEDAE vitam MOHAMMEDIS p. 150.

13) PRIDEAVX l. c. p. 150.

14) GAGNIER l. c. p. 150.

illis, praeter uxores legitimas, tot seruas ad libidinem suam explendam, quot libuerit, emere permittitur. Non moror ea, quae fieri nunc asserit apud Turcas ex RICAUTO, THEVENOTIO, BELLONIO, CLENARDO, aliisque. Sunt enim potius hodiernae corruptionis exempla, quam primitiuae institutionis argumenta. Prouocat deinde ad locum Korani in hoc argumento classicum sur. IV. comm. 3. quem ipse MARACCIUS sic vertit: *Quodsi timueritis, ne aequitatem seruare possitis (cum illis, ducite tantum) vnam, aut (ducite tantum) quod possederunt dexteræ vestrae, (id est, ancillas vestras.) Hoc erit facilius, vt non declinetis ab aequitate.* Ad quae quidem Korani verba GAGNIERIVS adnotat: *Reduxit Mohammed numerum vxorum ingenuarum ad quatuor; vt vero obuiam eat incommodo istarum vxorum ingenuarum, inter quas, propter aequalitatem conditionis, multa oriri possunt iurgia, suadet, vt vna ingenua contenti sint, aut si quatuor velint habere, illas e numero seruarum suarum accipiant, inter quas, propter humilem earum conditionem facilius est concordiam seruare.* Quam parum ingenue itaque MARACCIUS, magnus ille Al-Corani Refutator, vulgari praeiudicio abreptus, quod mirari subit in docto viro, ex allatis Al-Corani verbis infert, Prodrumi Parte IV. p. 52. col. 2: „Mohammedus igitur valde inconsequenter, & extra rem, iubet illos, quandoquidem ab orphanorum cura recesserunt, accipere uxores, quas, & quot velint, ex ingenuis quidem ac liberis vnam, duas, tres, quatuor; ex ancillis vero decem, mille, & plures etiam, si tot habeant, & alere possint. „ Mira quidem gradationis figura, sed cuius nec vola, nec vestigium est in toto Al-Corano. Neque aliam, quam quidem GAGNIER dedit, explicationem permittunt, numero multa instituta, quibus adu-

rium

rium & stuprum *Moslemis* sub grauissimis poenis interdicitur. 15)

§. IX.

Rectius adfirmatur *Mohammedem* ipsum numerum quaternum in adsciscendis vxoribus supergressum esse, atque sibi singulare hoc priuilegium vindicasse, tot, ducendi vxores, quot voluerit. Totidem enim verbis, sur. XXXIII, 47. *O Propheta, nos certe licitas fecimus tibi vxores tuas, quibus dedisti mercedes (i. e. dotes) earum; Et licitas etiam fecimus ancillas, quas possedit dextera tua, ex eo, quod concessit Deus tibi, (i. e. ex praeda hostium) & filias patruui tui, & filias amitarum tuarum, & filias auunculi tui, & filias materterarum tuarum, quae transmigraverunt tecum e Mecca, & quamlibet mulierem fidelem, si donauerit se ipsam Prophetae, dummodo voluerit Propheta ducere eam in vxorem. Hoc est priuilegium concessum tibi praeter caeteros fideles.* 16) Et utique ex hoc *Mohammedis* instituto sequitur, vt impurus atque libidinosus homo fuerit, doctrinamque suam peruersis suis cupiditatibus accommodarit. Nondum autem ex eo colligere & efficere licet; *Mohammedem* eo consilio nouam religionem excogitasse, vt hanc licentiam sibi vindicare posset. Minori enim cum opprobrio huic libidini suae indulgere potuisset, si mansisset deorum cultor, neque vmquam Apostolum Dei se dixisset.

§. X.

15) De poena scortationis & adulterii conf. KORAN ex edit. REINECCII sura. IV, 14. p. 76. & XXIV, 2. p. 314. ex interpretatione SALEI p. 62. & p. 287.

16) KORAN Sura XXXIII, 47. ex edit. REINECCII p. 380. SALEI p. 348.

§. X.

Sed dixerit quispiam, si *Mohammed* non propterea nouae religionis extraordinarium doctorem se professus est, quo libidini suae excusationem adferret; illud tamen dubitatione caret, eum ad summum in Arabia imperium non adspirare, neque tam amplam ambitioni atque libidini satisfaciendi occasionem consequi potuisse, nisi se diuinitus ad emendandam Arabum religionem missum esse finxisset. †) Et certum est, quod noua eius religio, illi viam ad vastissimum imperium, quod deinceps accepit, muniuerit. Sed non valet consequentia, noua religio illi vsui fuit, vt ad summum imperium perueniret; ergo eo consilio nouam religionem excogitauit, vt illius beneficio summum imperium consequeretur. Multa enim saepenumero adsequuntur homines, quae ne quidem sperauerant. Quae enim hominibus eueniunt ex eiusmodi plerumque circumstantiis pendent, quae in arbitrio eorum positae non sunt. Et quemadmodum ex coeptis consiliis, quis futurus sit euentus, certo definiri nequit; sic ex euentu iudicare non possumus, quo consilio quis egerit? conf. Eccles. IX, 12. Ex *Mohammedis*

histo-

- †) PRIDEAUX l. c. p. 125: „MAHOMET openly own'd in his
 „ Religion, what he aim'd at thereby, and made his Law
 „ to speak, for that Empire and Lust, which he desir'd to
 „ enjoy; and so when he had made his Religion to obtain,
 „ he gain'd by virtue thereof the whole, which he proie-
 „ cted by it, and became possessed of the Empire of all Ara-
 „ bia, for the gratifying of his Ambition and as many
 „ Women, as he pleas'd for the satisfying of his Lust, which
 „ were the two Ends, which he drove at, in the whole
 „ Imposture. „

historia autem abunde constat, eum primis tredecim Apostolatus sui annis, ne sperare quidem eiusmodi imperium potuisse. Omnium enim ludibrio expositus erat, & ipsum, anno Apostolatus XIII., fuga vitae suae consulere, atque Mecca Medinam se recipere oportebat. 17)

§. XI.

Ad secundum *Imposturae Mohammedis* indicium progredior. Ex summa enim eius impietate eum Impostorem fuisse *Prideausus* colligit. ††) Neque ego impietatis suspicionem a *Mohammede* remouere studebo. Manifestam potius eam esse existimo. Ex ipso Korano constat, quod sibi priuilegium vindicavit tot coniuges ducendi, quot voluerit. Id quod certissimum argumentum interpretor, eum turpissimae libidini suae indulgisse. Atque, eodem Korano teste, negari nequit, *Mohammedem* ZEYDAE liberto suo & filio adoptiuo, auctorem fuisse; vt uxorem suam formosissimam ZAINABAM repudiaret, quam ipse non ita multo post coniugem duxit. 18) Ex hac vero *Mohammedis* impietate.

17) v. GEORGII ELMACINI *Historia Saracenicæ* p. 4. ex edit. THOMAE ERPENII. conf. G. SALEI *Preliminary Discourse* p. 44.

††) PRIDEAUX l. c. p. 115.

18) KORAN. Sur. XXXIII. 36. edit. *Reinecc.* p. 379. SALEI p. 347. conf. 10. GAGNIER annot. ad ABULFEDAE vitam

Mohammedis p. 151. qui ex Arabum commentariis obseruat:
 „ Hoc matrimonium Moslemis magno fuit scandalo, tum,
 „ quia mulierem repudiatam, marito adhuc viuente, in
 „ uxorem duceret, tum maxime, quia ZAID *Mohammedis*

tate nego effici posse; quod strictè sic dictus fuerit impostor. Quis enim infitiabitur, plerosque fanaticos atque Enthusiastas impietatis reos esse, atque inter ambitiosos, voluptarios, crudeles, vindictæ cupidos referri debere? Non ergo ex hac *Mohammedis* impietate, controuersia, vtrum fanaticus homo, an impostor fuerit, decidi potest. Valet quidem consequentia; PAULLVS, IOANNES, IACOBVS, PETRVS vere ex animo pietati operam dedere; ergo imposturae rei esse nequeunt. Sine summa enim impietate nemo, reclamante conscientia animi, religionem, quam ipse falsam esse iudicat, diuinam nominare potest. Sed non vicissim licet argumentari; *Mohammed* impius est, & reuelationem iactitat; ergo est impostor veri nominis, qui a fanatico secernitur.

§. XII.

Fateor, quod si probari posset; *Mohammedem* Atheum fuisse, eumque sibi a Deo nihil quidquam metuisse, ex his concessis inferri posse; quod sine impostura reuelationem diuinam iactitare non potuerit. Qui enim Deum esse negat, ille etiam, diuinitus sibi quidquam reuelari, credere plane nequit. Sed ipse *Prideaux* non audet *Mohammedi* Atheismum obiicere. Neque etiam vlla cum veritatis specie illi tribui potest, quum de Deo & prouidentia diuina multa non solum rectissime praecipiat, quae paganorum philosophorum obser-

libertus; ab eo in filium adoptatus fuerat, & per hoc contraxerat cum eo affinitatem legalem, quae apud Arabes, vti etiam apud alias gentes, erat impedimentum dirimens matrimonium.

observationibus anteferi merentur, sed argumentis etiam solidis communiat. Etsi igitur impius fuit, ad eum tamen impietatis gradum nondum peruenisse censendus est, vt ex eius impietate ad eius Imposturam concludere liceat.

§. XIII.

De tertio Imposturae *Mohammedis* indicio, quod tantumdem valet vt primum, in antecedentibus iam egi. Ordo igitur requirit, vt exponam, quid de *quarto* Imposturae signo, quod *Prideaux* adnotat, sentiam. Num vero sequitur, cuius doctrina aperte falsa, continet, eius auctor est impostor? *) Equidem non crediderim. Memini enim me etiam in fanaticorum, atque Enthusiastarum scriptis multa falsissima reperire. Nolo igitur cum *Prideaux* de erroribus historicis disputare, quos *Mohammedi* obiicit, neque, quae ad defendendam *Mohammedis* causam GAGNIER & SALE adferunt, hic repetere, quum hoc ipsum ad meam de Enthusiasmo *Mohammedis* sententiam propugnandam parum conducatur.

§. XIV.

Ad illud autem argumentum respondere me oportet, quod ex ficta eius in coelum adscensione ducit. Videlicet *Mohammed* anno Apostolatus sui XII. suos iussit credere; se vna eademque nocte, GABRIELE Angelo comite, ad templum Hierosolymitanum iter fecisse, inde, eodem duce, per omnes septem coelos, quorum rationem descripsit, & in quibus cum ADA-

MO,

*) PRIDEAUX l. c. p. 1; §. seq.

MO, IOHANNE, IESV, IOSEPHO, HENOCHO, AARONE, MOSE, ABRAHAMO verba fecit, ad ipsum Deum contendisse, atque coram a Deo ad praecipua religionis capita instructum esse. 19) Tam absona autem plerisque haec narratio videbatur, tamque apertum mendacium; vt multi, qui antea illum Apostolum Dei ex animo dixerant, nunc Impostorem nominare non reformidarent. Et forsitan ab omnibus discipulis suis desertus tum temporis fuisset, nisi ABVBEKER, vir magnae inter *Mohammedis* adsecclas existimationis, professus fuisset; sibi tam certo de *Mohammedis* integritate persuasum esse, vt sine vlla exceptione ei fidem adiungat. Quo quidem opportuno de sincera fide *Mohammedis* testimonio apud Mohammedanos *testis fidelis* (*Al-Seddik*) nomen promeruit. Et certe haec insulsa de *Mohammedis* in coelum raptu commemoratio confirmare videtur, a *Mohammedis* ingenio alienum non esse, repugnante conscientia, falsa pro veris venditare. Sed si ratio hinc petita aliquam vim habet, ad *Mohammedis* Imposturam probandam, illa huc redit: Quicumque semel ad religionem, quam suscepit stabiliendam, aperta fraude vtitur; in eum haec suspicio conuenit, quod etiam religionem, quam pro falsa ipse habet, veram nominet; conscientia animi contra dicente se diuinum legatum dicat; & Impostor striete sic dictus sit. Sed quilibet, vel me non mouente, intelligit, hanc consequentiam non valere. Ete-

- 19) De itinere nocturno *Mohammedis* in coelum, quod *Mesram* Arabes vocant, conf. PRIDEAUX *Life of Mahomet* p. 31. seqq. & REINECCIUS in annot. ad KORANI Suram XVII. p. 250. seqq.

Etenim nimium multa eorum extant exempla, qui etsi de bonitate causae suae persuasi fuerunt, eam tamen fraudibus, quas pias & innocentes perperam iudicant, agere non dubitarunt. Nihil igitur ex hac *Mohammedis* fraude, si aperta esset, posset effici; quam Impostorem eum fuisse, quod ad media attinet. Non autem, ob hanc susceptam fraudem, Impostor quoad finem appellari potest.

§. XV.

Vt autem, quod re vera sentio, profitear; nondum certo constat; *Mohammedem*, conscientia animi obloquente, finxisse, quod, GABRIELE comite, in coelum raptus sit. Quodsi enim traditio valet, quae ab AIESHA, carissima *Mohammedis* coniuge, originem ducit, & quae utique in hac causa non nullius momenti esse videtur, in *Visione* tantum, *Mohammedi* omnia ea repraesentata sunt, quae de itinere suo coelesti retulit. 20) Et sane somnio simillima sunt, quae

20) ISMAEL ABV'LFEDA de vita *Mohammedis* Cap. XVIII.

p. 32. „Rursus, inquit, inter doctores controuertitur, an
 „ in corpore suo iter illud peregerit, an vero solummodo
 „ fuerit somnium, seu visio nocturna verax? Sententia,
 „ quam pars illorum maxima sequitur, est, iter nocturnum
 „ peractum fuisse in corpore eius; alii opinantur illud ni-
 „ hil aliud fuisse, quam somnium, seu visionem nocturnam
 „ veracem, & traditionem afferunt ab AIESHA receptam:
 „ Nempa aiebat illa: NEQVAQVAM MOVIT SE CORPO-
 „ RE APOSTOLVS DEL. SED AD DEVM ITER NO-
 „ CTVRNVM HABVIT DVNTAXAT IN SPIRITV SVO.
 „ Adducunt etiam auctoritatem ex MOAWIA, qui dice-
 „ bat; ITER NOCTVRNVM, NIHIL ALIVD FVISSE
 „ QVAM

quae de illo exposuit. Neque mirum est, quod is, qui pro Apostolo se gerit, iter coeleste nonnumquam somniet. Probabile autem haud videtur, eum tam ineptam de itinere suo coelesti narrationem excogitasse, quodsi illam de industria fingere voluisset; quum ingenio & prudentia haud quaquam destitutus fuerit. Eiusmodi vero visiones atque somnia in Enthusiastam potius quam in Impostorem conueniunt.

§. XVI.

De quinto Imposturae Mohammedicae indicio, vt latius exponam, opus non est. †††) Non enim mihi animus est negare, quod *Mohammed* Arabum paganorum institutis atque caerimoniis doctrinam suam accommodarit, atque ad res suas firmandas nonnumquam piis fraudibus usus sit. Quum autem hoc neque ab hominis fanatici natura abhorreat, inde cogi nequit; eum Impostorem stricte sic dictum fuisse.

§. XVII.

Ad sextum vero Imposturae characterem quod attinet, illum magis eo consilio *Prideausus* retulisse videtur; vt Christianam religionem ab omni imposturae suspitione liberet, quam vt *Mohammedem* imposturae conuincat. Ex rei autem veritate propugnat, fraudes in Impostura religionis causa adhibitas celat.

„ QVAM SOMNIVM, SEV VISIONEM, NOCTVRNAM
„ VERACEM. „

†††) PRIDEAVX l. c. p. 102. 150. seqq.

celari diu non posse. **) Etsi enim summum Numen nonnumquam permittit; vt exitiales errores veritatis speciem mentiantur; prouida tamen eius cura, qua aeternae consulit hominum saluti, efficit; vt semper adsint criteria, quibus veritates, quae ad salutem aeternam viam ostendunt, ab exitialibus erroribus discerni queant. Et quamuis Mohammedis- mum non Imposturae, sed Enthusiismi fructum nominem, in promptu tamen mihi sunt argumenta, suo loco a me proferenda, quibus Mohammedanae religionis falsitas aperte probari possit. Vnum tantum exempli caussa indicabo. Videlicet, modo de integritate librorum Veteris & Noui Foederis confet, omnis *Mohammedis* doctrina iam refutata est. Profitetur enim MOSEN, CHRISTVMQUE Dei esse legatos, CHRISTIQUE discipulos ex diuina inspiratione commentarios suos scripsisse. 21) At conqueritur, eorum scripta integra ad suam aetatem non peruenisse. Quocirca necesse fuerit, vt eius ope, vera de via ad salutem aeternam notitia restitueretur. Quodsi igitur integritas librorum Veteris & Noui Testamenti demonstrata est, † ex ipsa dissensione & dissimilitudine doctrinae Mohammedicae & doctri-

**) PRIDEAUX l. c. p. 164.

21) MOHAMMEDIS de scriptura sacra testimonia recensuit cel. CHRIST. REINECCIUS in Dissertatione, proemii loco, Maraccianae Korani interpretationi praemissa Cap. III. p. 55-64.

†) conf. quae de integritate librorum N. T. disputauit, in libro meo de *veritate religionis Christianae* Lips. 1737. germanice edito P. II. cap. VI. p. 134. seqq.

doctrinae librorum V. ac N. F. manifestum est; quod *Mohammed* se perperam & praepostere summi Numinis legatum vocarit.

§. XVIII.

Nunc venio ad septimum & vltimum a *Prideau-
sio* prolatum Imposturae Mohammedicae indicium, quod nempe *Mohammed* vi atque armis religionem suam propagauerit. **) Quodsi probari posset, *Mohammedem tantum* vi atque armis adsecras sibi conciliare studuisse; esset vtique suspicioni locus, quod ipse *Mohammed* de veritate religionis, quam aliis praescripsit, persuasus non fuerit, & quod argumenta, quibus eius veritatem probaret, illi omnino defuerint. At vero ex diuersis constitutionibus, de de bello religionis causa suscipiendo, a *Mohammede* diuersis temporibus publicatis, manifestum est; quod quamuis bella religionis causa suscepit, & victorias suas in rem religionis suae verterit; illi tamen numquam fuerit animus, sola vi, ad suam religionem amplectendam quosdam cogere. Videlicet, quum

**) PRIDEAUX I. c. p. 166. „Mankind will not long bear the
„ Imposture, vnless they be over-ruled by Violence, and
„ have all Obiections against it silenced with the Sword,
„ at their Throats. This was the Method, which Ma-
„ homer took to establish that false religion, which he
„ inuented. For he prosecuted with war, all that would
„ not submit thereto, and made it no less than Death for
„ any to gainsay it, or so much as raise the least Dispute
„ against any of the Doctrines of it. And without his do-
„ ing this, the Reason of all Mankind must have appear'd.
„ against it, and it could never have stood.

quum primum se a Deo missum prophetam iactaret, bellum religionis causa gerendum non praecepit, sed dissuasit, sic ut ipse cum suis fugere, quam resistere hominibus maluerit, monens patienter ferendas iniurias inimicorum. Postea vero opibus & auxiliis auctus, sibi & suis licere dixit, se defendere contra impios. Quum maiores etiam nunc faceret progressus, adgredi bello religionis hostes omni tempore fas esse pronuntiauit, exceptis IV. mensibus anni, duobus primis & postremis, qui propterea sacri appellantur. Denique & iis ipsis mensibus, quos exceperat, bellum gerere permisit, contra illas gentes, quae sanctitatem illorum mensium non agnoscunt, quales sunt Christiani. 22) Semper autem hoc eius fuit statutum: *ne sit violentia in religione suscipienda.* 23) Cui quidem statuto tribuendum est, quod a se victis hostibus arbitrium reliquerit; vtrum malint eius religioni nomen dare, an vero tributum soluere. Atque eiusdem statuti effectus est, quod cum

22) conf. HADRIANI RELANDI disputatio *de Iure militari Mohammedanorum contra Christianos bellum gerentium*, quae, in Parte tertia & vltima dissertationum eius Miscellanearum, decima est.

23) V. KORAN. sur. II, 257. edit. Reinecc. p. 45. SALEI p. 31. qui ex IALLALODDINO adnotat: „This passage was particularly directed to some of MOHAMMEDS First prote-
lytes, who having Sons, that had been brought up in ido-
latry, or Judaism, would oblige them to embrace Mo-
ammedism by force. „

cum diuersis Christianis inierit foedus, illisque liberum religionis exercitium concesserit. 24)

§. XIX.

Immo tantum abest, vt *Mohammed* sola vi religionem suam propagarit, vt potius multa in medium protulerit argumenta, quae paganos Arabes de vanitate idololatriae suae conuincere, Christianis autem eius temporis, praecipue haereticis, & Iudaeis etiam, fucum quemdam facere vtique poterant. Nolo nunc omnia illa argumenta ex *Korano* excerpere, quibus se Legatum Dei esse probare contendit, quum paucis verbis ea recensere nequeam. Ad praesens enim institutum meum sufficit, mone- re; quod doctrinam de Deo, eiusque attributis, prouidentia diuina, immortalitate animae, possibilitate resurrectionis ex mortuis, praemiisque & poenis post hanc vitam, optimis argumentis communirit, paganorum idololatriam solide refutarit, & peruersos paganorum mores rectissime reprehenderit. Nam hoc

24) GEORGIVS ELMACINVS Histor. Saracen. lib. I. cap. I. p. 3. ex AL-TABARIO, scriptore Mohammedano refert: „ Accesserunt autem, inquit, ad eum Christiani, tum Arabes, tum alii, eosque in fidem suam recepit, scripto illis securitatis symbolo. Ita & Iudaei, Magi & pagani, alii- que, qui fidelitatis ei iuramentum praestiterunt, fidem ab eo liberam sunt consequuti; ea tamen lege, vt tributum & censum penderent. Idem p. II. Narrant itaque Historiae Christianorum ipsum additum fuisse Christianis, & mitem erga eos: quumque eorum quidam ad ipsum venissent, petentes securitatem, imposuisse iis tributum, & benefecisse, atque in fidem suam eos suscepisse.

hoc ipsum nemo in dubitationem adducere potest, qui vel semel Koranum legit. (††) Ex solida vero eius contra paganos disputatione non sine probabili ratione colligo, multos paganos Arabes ex animo eius religioni nomen dedisse, atque *Mohammedem* suis argumentis effecisse; ut veterem idololatriam missam fecerint. Constat autem primos *Mohammedis* adsecclas plerosque non Christianos, sed paganos Arabes fuisse. 25)

CA-

††) conf. ALGAZALIS, Professio fidei Mohammedanae, quae SIMONIS OCKLEY *Historiae Saracenicae*, cuius interpretatio germanica, hoc ipso anno, Lips. & Alton. prodiit, P. I. p. 68. seqq. inserta est.

25) GAGNIER in annotat. ad ABULFEDAE vitam *Mohammedis* Cap. XVII, p. 30.: „vir clariss. HUMPH. PRIDEAUX in vita MOHAMMEDIS p. 63. anxie quaerit, quinam fuerint isti Ansarii, (*primi Mohammedis adiutores*) an ex Iudaeis, vel ex Christianis? Qua de re nihil in vlllo Authore ait se reperisse: Inclinat tamen ex coniectura, ut credat, illos fuisse Christianos, ex magno scilicet affectu, quo MOHAMMED in Christianos ferebatur, & e contra ex odio infensissimo, quo Iudaeos prosequabatur. In cuius opinionis probationem locum ex Al-Corani sur. V. com. 91. adducit, vnde is animi Mohammedis sensus erga utrasque satis aperte declaratur. Atque hinc vir doctus deplorandum illorum temporum Ecclesiae orientalis statum patheticis verbis lamentatur, quod tam facile Christiani, deserta fide, Islamismi Imposturae nomen dederint. Verum enim vero ex mera coniectura, (quod pace summi viri, & tantopere de ecclesia meriti dixerim) boni illi Christiani Arabes tantae Apostasiae criminis non erant tam facile accusandi, quum isti MEDINENSES primi

CAPVT TERTIVM.

MOHAMMEDEM ENTHVSIASTAM FVISSE
PROBANS.

§. XX.

Quemadmodum vero plerique ex primis *Mohammedis* adseclis paganis, ex animo, de superstitionis veteris vanitate conuicti, *Mohammedi*, meliorem doctrinam tradenti, nomen suum dedere; sic *Mohammedis* doctrinae, prae pagana Arabum religione praestantia fatis superque docet, ipsum sibi persuasisse; se paganorum Arabum idololatriam refellendo, eosque ad summi Numinis venerationem adducendo, rem laude dignissimam suscipere. Opus non est, vt omnem paganae Arabum religionis rationem describam; quo *Mohammedicae* exsuperantiam declarem. Sufficit ad pessima nonnulla veterum paganorum Arabum instituta prouocasse, a *Mohammede* felici cum successu abrogata. Constat autem veteres paganos Arabes, praesertim *KORAISHITAS*, e quibus *Mohammed* originem ducit, & quorum superstitionem primum impugn-

» primi *Mohammedis* aeseclae in illa vrbe, neque *CHRISTIANI*, neque etiam *IYDAEI* fuerint, sed *ARABES FVRI*, vti vocabantur, iique *IDOLOLATRAE*, *ECHAZREGIITARVM* Tribu oriundi, quod in *POCOCKIO* suo reperire poterat *Specim. Histor. Arabum p. 41. & 42.* qui habuit ex *ABVLFEDA* nostro, vt mox patebit. Quod autem *Christiani Arabes*, saltem, quoad maiorem partem, in religione sua constanter persistierint, luculentum habemus testimonium *Historici Mohammedani*, videlicet *AL-TABARII &c.*

pugnauit praeter vnum summum Numen, varia idola, precibus, sacrificiis, votis, ieiuniis, peregrinationibusque sacris institutis, cultu suo profecutos fuisse. Non tantum enim stellas fixas & vagas, quas angelorum habitationes nominabant, verum etiam diuersos homines, quondam de republica bene meritos, post obitum vero inter Deos minores numeratos, tamquam numina sua venerabantur, atque eos, coram statutis in eorum honorem erectis, precibus colebant superstitiose. (*) *Meccae* enim, vbi pagani Arabes plerique ad cultum diuinum faciendum conueniebant, 360 Idola erant, e quibus vnaquaeque tribus, (**) & familia sibi Idolum aliquod eligebat, cuius tutelae se suaeque omnia praecipue commendaret. Quin etiam saxa, tamquam monumenta rei cuiusdam commemorabilis erecta, idolorum loco habebant. Prouti vero peruerfissimae idololatriae rei erant; sic multis etiam vitiis vitam suam contaminabant, quorum grauitatem ex ipso lumine naturae discere potuissent. Inter res enim quam

(*) V. G. SALE Preliminary Discourse p. 15 - 22.

(**) GREGORIVS ABULPHARAIVS in *Historia compendiosa Dynastiarum* ex interpretatione & editione EDVARDI POCKII Oxon. 1663. p. 101: „Quod ad religiones eorum, diuersae erant. Colebat HAMYAR Solem, CENANAH Lunam, MISAM stellam ALDEBARAN (oculum tauri) (SALE Prel. Discours. p. 17. adnotat This name, Misam, seems to be corrupted, there being no such among the Arab Tribes), LACHAMVS & IEDAMVS Iouem, TAL stellam SOHVIL (Kaozum), KAIS stellam ALSHEERA' LOBYR (sirium), ASAD Mercurium, THAKIF aediculam in superiori parte Nachlae, quae vocabatur ALLAT.

quam maxime licitas numerabant, ex se natas filiolas pro lubitu occidere. (**)

§. XXI.

Quo deterior autem veterum Arabum paganorum religio erat, (26) eo facilius praestantia Mohammedicae

(***) KORAN, sur. XVI. 57. seq. „Et tribuunt Deo filias (Angelos Dei filias esse statuentes). Laus eius. Et sibi eligunt id, quod desiderant (i. e. filios). Et ubi adfertur nuntius alicui eorum de femina, euadit facies eius nigra, & ipse tristitia plenus. Occultat sese a populo ob malum illius, quod ipsi nuntiatum est, haeret dubius an retineat illum cum vilipendio, neque occidat, an vero sepeliat illud in puluere. Nonne malum est id, quod iudicant?„ Ex ed. *Reinecc.* p. 242. *SALEI* p. 21§. conf. *Preliminary Discourse* p. 131. 132.

26) Non me praeterit in Arabia, *Mohammedis* aetate, triplicem fuisse paganam religionem. Vel enim veterum Arabum paganorum religionem, de qua superius egi, amplectebantur, vel Persarum Magorum instituta sequebantur, de quibus *THOMAS HYDE*, ex instituto commentatus est; vel cum *Sabaeis* stricte sic dictis faciebant, (generaliori enim sensu omnes illi pagani Sabaei dicebantur, qui Magorum Persarum religionem reiiciebant) qui *Psalms Dauidis*, & libro cuidam, quem *Setho* auctore scriptum esse docebant, diuinam auctoritatem tribuebant, & praeter stellas & angelos, nulla alia idola venerabantur, quamuis etiam *Meccam*, ubi angelis quoque statuae erectae erant, cultus diuini causa nonnumquam venirent. Sed, quum *Mohammed* contra veterum Arabum paganorum idololatriam praecipue disputarit, sufficit cum ea comparare doctrinam, quam

cae doctrinae, prae illa, apparet. Docet enim vnum summum Deum pio cultu esse prosequendum, eum ens perfectissimum atque omnis boni fontem esse; sub eius prouida cura omnia geri, ab eoque pios, post obitum suum, aeternam beatitatem exspectare posse, Maiestati autem eius aduersari, cum eo idola sociare, eademque religiose inuocare. Et quis est, qui hanc *Mohammedis* doctrinam vituperet, quodsi illam cum veteri paganorum Arabum superstitione contendat? Laude etiam dignissimum est, quod impium Arabum morem filiolas suas pro lubitu occidendi, grauissime reprehenderit. Ita enim *Koran. Sur. VI. 151: 27) Dic: venite, legam, quid prohibuerit Dominus vester vobis. Prohibuit, ne associetis cum eo quidquam; & praecepit, erga parentes beneficentiam; & ne occidatis filios (liberos) vestros* 28) *ob timorem paupertatis. Nos alimenta praebebitis vobis & illis, & ne appropinquetis rebus nefariis, quod manifestum est ex illis, & quod occultum est, 20) & ne occidatis animam, quam prohibuit Deus, nisi cum iustitia. Sur. XVII. 31. Et ne interficiatis proles vestras ob timorem paupertatis. Nos prouidebitis eis, & vobis, quippe occisio earum est peccatum grande. 30) Praecipue autem Mohammedicae religionis prae veteri Arabum paganorum praerogatiua, ex illis religionis Mohammedicae articulis*

quam *Mohammed* introduxit; etsi itidem eius praestantia prae Persarum Magorum & Sabaeorum religione declarari nullo negotio potest.

27) ex ed. *Reinecc. p. 132. Salei p. 115.*

28) *SALE: that ye murder not your children.*

29) *SALE: neither openly, nor in secret.*

30) ex edit. *Reinecc. p. 255. Salei p. 230.*

D 2

culis manifesta est, quos primum omnibus suis ad-
 feclis, deinceps tantum feminis, quae eius religioni
 nomen suum dabant, eo consilio proposuit, ut iure-
 iurando testarentur, se iis ex animo assentiri. 31) Ho-
 rum autem articulorum summa Sur. LX, 12. p. 501. re-
 censetur his verbis: O propheta; quum venerint ad te
fideles mulieres transfugae ab infidelibus iureiurando promit-
tentes tibi, quod imposterum non associabunt cum Deo quid-
quam, neque furabuntur, neque fornicabuntur, neque occi-
dent filios suos, (filias suas) neque venient cum mendacio,
quod confingant inter manus suas, & pedes suos, 32) neque inobe-
dientes erunt tibi, in eo, quod est iustum: tum fidem tu-
am promitte illis, & veniam precare illis a Deo, quippe
Deus est indultor, misericors.

§. XXII.

Ex rei veritate igitur GEORGIUS GVILIELMVS
 LEIBNITIVS in epistola ad MATVR. VEZIER. LA
 CROZE scribit: *Je ne m'etonne point du grand progres du*
Mahometisme. C'est une espece de Deisme, joint a la croyan-
ce

31) SALE *Prelim. Discours.* p. 47. „In this Year, (the XII. of
 „ his Mission) called by the Mohammedans the accepted
 „ year, twelve Men of YATREB OR MEDINA, of whom
 „ ten were of the Tribe of KHAZRAI, and the other two of
 „ that of AWS came to MECCA and took an Oath of fi-
 „ delity to Mohammed at al Akaba, a hill on the north of
 „ that city. This oath was called the womens oath; not
 „ that any women were present at this time, but because
 „ a man was not thereby obliged to take up arms in defen-
 „ ce of MOHAMMED, or his religion, it being the same
 „ oath, that was afterwards exacted of the women, the
 „ form of which we have in the Koran.

ce de quelques faits, & a l'observation de quelques pratiques, que Mahomet, & ses sectateurs, ont adionté, quelques fois assez mal a propos, a la religion naturelle, mais qui n'ont point laissé d'être au gré de plusieurs nations. On a l'obligation a cette secte de la destruction du paganisme en beaucoup d'endroits du monde, & ce seroit un degré pour mener les peuples a la religion plus sublime du Christianisme, si la noire étoit prêchée, comme il faut, & si les preventions malfondées des Mohamedans n'y mettoient beaucoup d'obstacle. Et non ita multo post: Les Sociniens poussent leur audace plus loin, que les Mohametans, dans les points de doctrine. Car non contents de combattre ce mystère (de la Trinite) & d'eluder des passages tres-forts; ils affoiblissent iusqu' a la Theologie naturelle, lors qu'ils refusent a Dieu la prescience des choses contingentes, & lors qu'ils combattent l'immortalité de l'ame de l'homme. Et dans l'Enuie de s'eloigner des Theologiens Scholastiques, ils renuersent tout ce que la Theologie a de grand & de sublime, iusqu' a rendre Dieu borné. Au lieu qu'on sait, qu'il y a des Docteurs Mohammedans, qu'ont de Dieu des Idées dignes de sa Grandeur, 33)

§. XXIII.

Quamuis autem Mohammedis doctrina veteri paganorum Arabum religioni utique sit anteférenda, eadem tamen miserrima est, atque admodum ieiuna, quod

32) SALE p. 448. adnotat; „IALLALO'DDIN unterstands the-
 „ se words of their laying their spurious childern to their
 „ husbands. „

33) Vid. Volumen I. Epistolarum LEIBNITII ad diuersos a me
 Lipsiae edit. p. 379. seqq.

quodsi eam cum doctrina Saluatoris nostri IESV CHRISTI comparamus. Negat enim *Mohammed* Christum esse filium DEI; negat ipsum mortuum pro peccatis nostris, negat ipsum resurrexisse ad vitam nostram; negat fide in illum remitti peccata, & nos iustificari; negat ipsum iudicem venturum super viuos & mortuos, licet resurrectionem mortuorum & diem iudicii credat; negat Spiritum sanctum; negat eius dona. 34) Omnia igitur illa in eius doctrina desiderantur, quae docent; quomodo Deus, maiestati diuinae suae consentanea ratione, hominibus peccata, in ordine poenitentiae & fidei remittere queat; quaeque veram in Deum fiduciam, atque contra conscientiae animi, daemonis inferni atque mortis terrores solatium adferre possunt, & in quibus gloria Euangelii IESV CHRISTI praecipue consistit. 35) Et quamuis moralis doctrina *Mohammedis*, primo intuitu, praecellentissima esse videatur; eadem tamen grauissimis naeuis laborat. 36) *Mohammed* enim docet; in iudicio extremo libra & bilance omnia opera appendentur, & trutinabuntur, & ad hanc trutinam cuique fiet retributio. 37)

llli

34) conf. egregia B. MARTINI LVTHERI praefatio *Septemcastrensis de religione Turcorum tractatui* praemissa.

35) conf. I Tim. I, 11. & IS. WATTS *vom Versöhnopfer Christi, und den Gnaden-Wirkungen des Heil. Geistes* p. 2.

36) Aliis argumentis hoc probauit ven. CHRIST. BEN. MICHAELIS in dissertatione de *Mohammedanorum laxitate morali* Halae 1708.

37) SVRA XXIII, 104. 105. p. 313. SVRA VII. 8. 9. p. 135. SVRA CI. 5. 6. p. 553. ex edit Rein. Salei vero p. 286. 117. & p. 499. conf. Eiusd. Prelimin. Discourfe p. 89.

Illi igitur, qui plura bona, quam mala perpetravit, Paradisus adiudicabitur, & quod consequens est; potest aliquis, vni vel alteri perverſae propenſioni, quae illi maxime grata eſt, indulgere, & tamen, ex praſcripto doctrinae Mohammedicae, Paradifum exſpectare. Quapropter veram animi mutationem & ſanctitatem Koranus non vrget, adeoque moralis doctrina Mohammedica cum morali doctrina IESU CHRISTI comparari plane nequit. Quippe haec vult, vt omnibus peccatis, & illis praefertim, ad quae natura maxime propenſi ſumus, nuntium remittamus, atque ad veram mentis ſanctitatem nos idoneos reddit.

§. XXIV.

Quodſi *Mohammed* ipſe libros V. & N. T. evoluiſſet eo conſilio, vt eorum doctrinam momento ſuo ponderaret, & in veritatem diuinam ſollicitius inquiſuiſſet; non ſine veritatis ſpecie poſſet ſuſpicio moueri, illum ſincero animo nouam, quam propoſuit, religionem ſuam, pro vera atque optima non habuiſſe. Maniſeſta enim eſt eximia religionis Chriſtianae, in ſcriptura ſacra traditae, prae Mohammedica doctrina, eminentia. Sed vero ſimillimum eſt, quod codicem ſacroſanctum oculis ſuis non ſubiecerit. Sane ipſe commemorat, ſe libros V. & N. T. non legiſſe, ſe illiteratum apoſtolum appellat, 38) & hoc argumento potiffimum Legationis ſuae diuinitatem probare adniti-
tur, quod, quum omnium litterarum expers ſit, tamen
omnia

38) KORAN Sura VII. 159. ex edit. Reinecc. p. 152, Salei p. 133. conf. Prelim. Diſcourſe p. 42.

omnia ea, quae in Korano extant, & quae praecellentissima nominat, tradiderit. Neque adferre rationem possum, cur illi, de ignorantia sua testimonium dicenti, fidem abrogem. Ex rei veritate LUDOVICVS VIVES fieri, inquit, profecto non potest, ut Mohammedes legerit virumque testamentum. Nam etsi ego de illo pessime sentio, non tamen arbitror fuisse tam exordem, ut sic aperte mutaret, & detorqueret, quae nihil ipsi oberat, integra relinquere. 39) Non enim in Korano historias V. & N. T. in nexu refert, sed omni ordine neglecto, hinc & illinc particulam aliquam historiae MOSIS, ABRAHAMI, CHRISTI, IOANNIS & rel. exhibet, mutatis quibusdam circumstantiis, quae Iudaeorum & haeticorum commenta redolent. Addo; Mohammedem omnem, quam de IOSEPHO Patriarcha, refert historiam, & quae quoad plerasque circumstantias attinet, Gen. XXXVII. s. recensetur, antea plane incognitam & sibi demum reuelatam memoraturum non fuisse, 40) si ipse veteris Testamenti libros diligenter legisset.

§. XXV.

Etsi autem ipse non legerat libros V. & N. F, fando tamen multa de utroque Testamento audiuerat. Quumque & Christianis & Judaeis familiariter vteretur,
ex

39) LUDOV. VIVES de veritate relig. Christianae, in THEODORI BIBLIANDRI Confutationibus. Alcorano adiunctis. p. 1.

40) SVRA XII. 102. ed. Reinecc. p. 219. Salei p. 199: „This is
„ a secret history, which we reveal unto thee, O MOHAM-
„ MED, although thou wast not present with the brethren
„ of IOSEPH; when they concerted their design, and con-
„ trived a plot against him.

ex illorum sermonibus sibi notitiam eorum comparaverat, quae ex libris V. & N. T. in Korano suo commemorat. Anno enim aetatis tertio atque decimo, cum patruo suo ABUTALEBO, ut mercaturam faceret, Bosram profectus est, ibique ad amicitiam *Bohairae* Monachi cuiusdam accessit, quam deinceps continuavit. Taceo, inter CADIGAE, primae *Mohammedis* conjugis, cognatos fuisse Christianum, filium *Naufali*, cui nomen *Waraka*, 42) Opus enim non est, ut Christianos studiose conquiram, a quibus *Mohammed* discere potuerit, quae in Korano eius ex libris V. ac N. F. deprompta existant. Quemadmodum enim tum temporis in Arabia ingens erat Iudaeorum numerus; 43) sic etiam multi Christiani, praecipue haeretici, Eutychniani, Nestoriani, Collyridi-

41) Hunc *Bohairam* non alium esse atque illum, quem Christiani scriptores *Sergium* nominant, 10. GAGNIER docet. l. c. p. 11.

42) „Ex indubitatae apud Mohammedanos fidei, inquit Cl. POCOCCIVS spec. Histor. Arabum p. 157, ALBOCHARII narrationibus discimus CHADIGIAE *Mohammedis* uxori fuisse cognatum nomine WARAKAH, qui scribendi peritus esset, sed Hebraice, ipsumque Christianum fuisse conf. GAGNIER l. c. p. 16.

43) G. SALE *Prelimin. Discourse* sect. I. p. 22: „The lews, who fled in great numbers into Arabia from the fearful destruction of their country by the Romans, made profelytes of several tribes, those of KENANAH, AL HARETH, EBN CAABA, and KENDAH in particular, and in time became very powerful, and possessed of several towns and fortresses there.

E

ridiani, Gnostici, 44) inibi agebant. Quanto enim grauioribus vexationibus haeretici in imperio Romano obnoxii erant; tanto maiori numero in Arabiam contendebant, vbi summa tum temporis de religione pro lubita statuendi libertas erat. 45)

§. XXVI.

Quum autem, *Mohammedis* aetate, generatim atque vniuerse Christianorum religio, & sigillatim, haereticorum, qui in Arabia agebant, de religione Christiana doctrina, multis grauissimis erroribus contaminata esset; causa manifesta est; cur *Mohammed* tam imperfectam de vera religionis Christianae ratione notitiam habuerit. *Mohammedis* igitur ignorantiae tribuendum, quod firmiter sibi persuaserit; se paganorum, Iudaeorum

44) Constat BASILIDEM aliosque Gnosticos negasse CHRISTVM a Iudaeis aliquid perpeffum & cruci adfixum esse. Quod quum etiam infitietur *Mohammed*, consentaneum est, eum a Gnosticorum discipulis quaedam arripuisse.

45) SALE I. C. „Christianity had likewise made a very great progress among this nation, before Mohammed. Whether St. PAUL preached in any part of ARABIA properly so called, is uncertain, but the persecutions, and disorders, which happend in the eastern Church soon after the begining of the third century, obliged great numbers of Christians to seek for shelter in that county of liberty, who being for the most part, of the Iacobite, (ita Eutychiani a Iacoba quodam Zanzalo nominabantur.) communion, that sect generally prevaild among the Arabs. The principal tribes that embraced Christianity, were HAMYAR, GHASSAN, RABIA, TAGHLAB, BAHRA, TONUCH, part of the Tribes of TAY and KODAA, the inhabitants of NAJRAN, and the Arabs of HIRA.

rum, Christianorumque doctrinas reprobando, & nouam ad salutem aeternam viam docendo, causam DEI agere. Quodsi enim de vera religione rectius edoctus fuisset; multi scrupuli procul dubio ei iniecti fuissent, neque tanta cum securitate, & animi tranquillitate doctrinam suam pro diuina venditare potuisset.

§. XXVII.

Quemadmodum vero ex iis, quae modo protuli, intelligitur; *Mohammedem* vere ex animo suam doctrinam pro optima habuisse; sic ex firmissimis adseuerationibus, quibus in Korano confirmat, se ex diuina inspiratione verba facere, colligo; eum re vera credidisse, diuinas sibi reuelationes obtigisse, adeoque veri nominis Enthusiastam fuisse. Ita enim e. c. Sura XLVI, 7. 8. 9: *Et, quum leguntur illis signa nostra manifesta ex Alcorano: dicunt, qui sunt increduli veritati, (i. e. Alcorano) postquam venit ad eos: Hoc est praestigium manifestum. An dicent: Confinxit eum? responde: Si confinxi eum, profecto non obtrinebitis mihi a Deo quidquam indulgentiae, quando voluerit me propter hoc punire. Ipse scientissimus est de eo, quod blateratis de illo, (i. e. Alcorano) ipse est sufficiens in eo testis inter me & inter vos; & ipse est Indultor, misericors. Dic, non sum primus, ex legatis; & nescio, quid acturus sit Deus, de me, neque de vobis. Non sequor, nisi quod reuelatur mihi, neque ego sum, nisi monitor manifestus. 46) Et Sur. LIII, 2, seqq. non errauit MOHAMEDVS socius vester, neque deceptus est, neque loquitur ex sensu proprio, non est id, quod loquitur, nisi reuelatio, quae reuelatur ei. Non finxit*

cor

46) ed. Reinecc. p. 454. & 455. SALEI p. 406.

E 12

cor Mohameti id, quod vidit. An ergo disceptabitis cum illo, de eo, quod vidit? 47) Et sura VI. 94. Et quis est iniquior, quam qui comminiscitur de Deo mendacium? aut dicit, reuelatum fuit mihi, & non reuelatum fuit illi quidquam &c. 48)

§. XXVIII.

Fateor, non deesse exempla eorum, qui vt religionem, quam ipsi optimam iudicarunt, eo felicius aliis persuaderent, Deum se dignari coelesti reuelatione, pia fraude mentiti sunt, 49) quos nemo propterea inter Fanaticos & Enthusiastas retulerit. 50) Ad Mohammedem

47) edit. Reinecc. p. 477. SALEI p. 426.

48) edit. Reinecc. p. 125. SALEI p. 108.

49) VARRONIS ea fuit opinio ab AVGVSTINO lib. III. de ciuitate Dei cap. IV. commemorata; „vile esse ciuitatibus, vt se viri fortes, etiam si falsum sit, ex Diis genitos esse, credant, vt eo modo animus humanus, velut diuinæ stirpis fiduciam gerens, res magnas adgrediendas præsumat audacius, agat vehementius, & ob hoc impleat ipsa securitate felicius. „

50) MERICVS CASAVBONVS in Commentario de Enthusiasmo, quem ex Anglico latine reddi, edique curauit B. I. O. FR. MAYERVS p. 2. „Optimi, inquit, gentilium aliquando (sicut pessimi sæpius) maximeque laudati Heroes præscorum temporum, in moliminibus ac consiliis magni momenti ficta aut simulata diuina inspiratione libenter vsi sunt, publici commodi gratia; veluti e præscis MINOS, THESEVS, LYCVRGVS, conditores rerum publicarum, aliique. Ea enim vulgi indoles est, vt nec vi, nec ratione, nec aliis quibuscunque mediis aut argumentis adeo tractabilis fiat, & obediens, quam sanctis prætextibus, ac commodis, exigua licet (sagaciorum iudicio) veri specie suffultis. „

dem vero quod attinet, varia argumenta adducunt me, ut credam; eum fraudationis causa reuelationes diuinas haud finxisse, sed potius credidisse, easdem sibi re ipsa contigisse. Non enim, nisi summa necessitate coactus, defendere ausim, eum animi conscientia contra dicente, Deum ad testimonium eorum, quae proferebat, sollemniter vocasse, quum tam praeclare, de eius maiestate & omnipraesentia, in aliis locis disputet. Huc accedit, quod non desunt exempla hominum, qui cogitata sua, quae bona esse iudicarunt, pro immediatis Dei habuerunt reuelationibus, & multi ad ea, quae desiderarunt vehementius, se diuino impulsu excitatos esse perperam existimarunt. 51) Sane, qui philautia atque ambitione sua adiutus opinatur, se ad opus, quod praeclarum existimat, prae omnibus aliis esse idoneum, is etiam nullo negotio credit, se diuinitus destinatum esse, ut hoc opus suscipiat; qui autem a Deo, ad aliquod opus peragendum, se excitatum esse tutatur, is, si vehemens imaginatio accesserit, propius ab hac sententia abest, illas meditationes suas, quibus prae reliquis delectatur, ipsam Dei vocem esse; seque extraordinaria summi Numinis gratia dignum putari. Per eiusmodi vero gradus *Mohammedem* ad Enthusiasmum adspirasse, ex magnis eius ingenii dotibus, ex vitae ratione, atque ex insigni constantia, quam, in venditandis cogitationibus suis pro diuina reuelatione declarauit, efficio. Neque a peruersis animi eius affectibus Enthusiasmum alienum esse propugno.

§. XXIX.

51) conf. *Preservatif contre le Fanatisme, ou Refutation des pretendus Inspirez des derniers siecles* par SAMUEL TYRRETIN. a Geneue 1723.

§. XXIX.

Quod enim ad praeclaras eius ingenii dotes at-
tinet; nolo hic elogia commemorare, quae Arabes
scriptores in eum consentiunt. Potest eorum de *Mo-
hammede* beneuolum iudicium multis suspectum videri.
Hoc autem viris summis, THOMAE ERPENIO, GE-
ORGIO SALEIO, aliisque in Arabica lingua versatissi-
mis, non possum non credere, quod naturali apte or-
nateque dicendi, atque commotiones animi excitandi
facultate polluerit, 52) quae in eo utique admiranda est,
quod litterarum studiis data opera nullam nauauit o-
peram. Neque existimauerim omnes alias animi
corporisque dotes naturales *Mohammedi* defuisse, quae
illi a scriptoribus Arabibus tribuuntur. Horum testi-
monio permotus FRIDERICVS SPANHEMIVS 53) *id
certum*, inquit, *naturalibus egregie dotibus instructum MO-
HAMMEDEM, forma praestanti, ingenio callido, moribus fa-
ceticis, ac prae se ferentem liberalitatem in egenos, comitatem
in singulos, fortitudinem in hostes, ac prae ceteris reuerenti-
am diuini nominis. Seuerus fuit in perjur os, adulteros, homici-
das, obtrectatores, prodigos, auaros, falsos testes &c. Ma-
gnus idem patientiae, charitatis, misericordiae, beneficentiae,
gratitudinis, honoris in parentes ac superiores praeco, ut &
diuinarum laudum.* Quo magis autem *Mohammed* sibi
consciis erat, se alios corporis & ingenii ornamentis
natura antecellere, eo facilius, ex nimio sui amore, ani-
mum illius stolidi haec opinio poterat occupare, quod
ad extraordinarias partes excipiendas ab ipso summo
Nu.

52) SALE Prelim. Discours. sect. III. p. 61.

53) FRID. SPANHEMIVS. Histor. Eccl. saec. VII. cap. VII. lemm.
5. & 7:

Numine destinatus fit; quodque, eius instinctu immediato, de emendanda Arabum religione, & veteri ABRAHAMI religione renouanda, consilium cepit. Quumque homines illa, quae vt vera sint, vehementer optant, sibi nullo negotio vera esse persuadeant; de *Mohammede* etiam statuendum est; quod studiose id egerit, vt diuinam suam missionem sibi probabilem redderet.

§. XXX.

Conspirat, & consentit cum hac *Mohammedis* ad Fanaticum & Enthusiasmum propensione, vitae eius ratio. Contemplationi enim eum fuisse deditum, concordissime scriptores Arabes commemorant. Ex iis grauissimus scriptor ABULFEDA tradit, quod solitus fuerit, per vnum mensem anni, in spelunca *Hara, Mecca* 3 millia passuum distante, religionis, & instituendae contemplationis caussa, morari. 54) Admodum vero probabile est eiusmodi solitarias meditationes multum contulisse, vt persuasio, quod, ipsius summi Numinis instinctu extraordinario, de religione emendanda cogitet, altiores egerit radices. 55)

§. XXXI.

Firmari hoc aliorum scriptorum Arabum de *Mohammede* relationibus, posset, si tuto fidere liceret IOANNIS ANDREAE, MAVRI testimonio. Is enim, ad propositam

54) ISMAEL ABULFEDA *de vita Mohammedis* Cap. VII. p. 14. 15.

55) conf. MERICI CASAVBONI *Comment. de Enthusiasmo* Cap. III. p. 33. seqq. Idem p. 77. adnotat; Arabes ad Enthusiasmum natura sua aptiores esse pluxibus aliis nationibus.

positum, inquit, reuertendo dico Mahometem, post annum aetatis XXXVIII, mercaturae valedixisse, & vitam solitariam auspicatum fuisse. Quotidie enim speluncam Garhera, prope Mecham, ingrediebatur, in eaque usque ad crepusculum permanebat, at cui rei ibi deditus fuerit, Mauri se dicunt ignorare. Liber Azear tamen refert, eum inuocasse Deum coeli, & sibi cauisse ab idoli veteris cultu. Additur, tantam eius in spelunca fuisse abstinentiam, ut corporis vires deficerent, & ex capite laboraret, phreneticorum more vanitates eoque loquendo, ut sensus amitteret. Idem liber, ut & alter Assifa dictus, addit, per id tempus Mahometem multas habuisse visiones, & auditu percepisse, quidquid alibi homines de illo loquerentur, ita ut voces, non vero personas discerneret, sicque diuclare voces a tergo redditas percipiebat, vultum autem vertendo neminem cernebat. &c. Sed quum IO. ANDREAS, MAVRVS CONTRA ABVLFEDAM, grauiissimum auctorem dicat, Mohammedem, ab anno aetatis XXXVIII. quotidie in spelunca egisse, quum ABVLFEDA per vnum tantum anni mensem hoc usu venisse tradat, & quum praeterea, se eiusmodi quid referre profiteatur, quod Mauris reliquis ignotum sit; vereor, ut, si vel maxime vera essent, quae de Ecstasi Mohammedis refert, eius testimonio probari queant; praesertim, quum vir in Arabica litteratura exercitatissimus SIMON OCKLEY contrariam sententiam tueatur. Is enim, *historici*, inquit, *Byzantini*, ique *scriptores*, qui illos coecorum more sequuti sunt in iis, quae de Mohammede commenti sunt, Mohammedem comitiali morbo laborasse contendunt. Vultque HOTTINGERVS ea loca, ubi dicitur Mohammedes pannis laneis & stoeis inuolutus, esse istius morbi certissima indicia. Quoad Byzantinos historicos, nullius est ponderis hac in re illorum auctoritas, si praesertim consideremus, istos omnem mouere la-

pidem

lapidem, ut nobis Mohammedem vitii ac defectibus tam corporis quam animi refertum repraesentent. Quasi historiam corrumpendo maius inde emolumentum accipiat religio Christiana. Quod autem pannis & stercis inuolutus fuerit, id, tam propter alias rationes, quam Epileptici morbi causa, fieri potuit. Quum itaque fabula illa, de comitali eius morbo, non habeat fundamentum in ullo historico Arabe, merito, cum caeteris eiusdem farinae a Christianis confictis, explodenda est. 57)

§. XXXII.

Nolo igitur IO. ANDREAE MAURI de visionibus & Ecstasibus Mohammedis testimonium, vrgere, quum omni exceptione, maius non sit. 58) De singulari autem constantia, quam Mohammed in venditanda sua doctrina pro diuina reuelatione declarauit, inter omnes constat. Quamdiu enim Meccae egit, plerorumque ludibrio fuit, ob nouam, quam tradebat, doctrinam, expositus. Hoc autem nihil impediēbat, quo minus se Prophetam propalam profiteri pergeret. Neque quidquam apud eum valebant preces Patru ABV-TALEBI, qui vt commodis, famae, atque vitae Mohammedis confuleret, omni sollertia id agebat, vt a vana diuinae inspirationis persuasionē illum abstraheret. Huic enim respondit; o Patru mi, si aduersum me posuerint Solem a dextris meis, & Lunam a sinistris, hoc negotium nequaquam

56) v. IO. ANDREAE, Mauri Confusio sectae Mahometanae Hispanice primum scripta, a IO. LAVTERBACHIO verò 1594. latine edita, lit. i. 4.

57) v. SIMON OCKLEY Geschichte der Saracenen, oder ihre Eroberung der Laender Syrien, Persien und Egypten P. 314.

58) conf. tamen IO. GAGNIER l. c. p. 9., qui aliquot Arabum Historicorum testimonia recenset, quae morbum Mohammedis epilepticum indicare videntur.

quam dimissurus sum. 59) Et quamuis deinceps, quum Mecca relicta, armis causam suam tueretur, nonnumquam ancipiti cum fortuna contra hostes pugnaret, animum tamen non abiecit, sed fortiter se gessit. Eiusmodi autem constantia Fanatico & Enthusiastae magis quam Impostori conuenit. 60) Qui enim existimat se optimam causam agere, is magna cum fiducia, & imperterrito animo omnia suscipit, qui vero ipse non ignorat, se pessimam vel malam causam defendere, atque imposturae sibi conscius est, ille non potest non interdum angi atque animum amittere. Et recte *Dauus* apud TERENTIUM *Mysidi*: 61) *Paullum, inquit, interesse censes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industria?*

§. XXXIII.

Denique, quum negari non possit, quod *Mohammed* vltimis minimum vitae suae annis impiis propensionibus suis indulserit, etiam haec eius impietas ad meam de eius Enthusiasmo sententiam firmandam, aliquid conferre videtur. Quodsi enim *Mohammed* ex animo Deum veneratus esset, vix probabile est, Deum permissurum fuisse; vt sua cogitata pro diuinis habuerit, eaque verbi diuini nomine suis obtruserit. At, quum Dei cognitione non probe vteretur, non est quod miremur, Deum *Mohammedis* Enthusiasmum permisisse. Etsi enim, celeb. nostri D. CHRISTOPH. AVGVSTI HEVMANNI sententiae vtique plaudo, qui non omnes Enthusiastas impios esse propugnat, 62) de plerisque

tamen

59) ABVL-FEDA I. c. p. 21.

60) De summa fanaticorum constantia exempla reperias lectu dignissima in DAN. NEAL'S *History of new-England* Vol. I. Chap. VII. p. 291. seqq.

61) TERENTIUS *Andria* Act. IV. scena V.

62) C. A. HEVMANNI *Poecile siue epistol. miscellan.* Tom. I. lib. II. num. XIII. p. 288.

tamen Enthusiasticis, praesertim iis, qui Enthusiasmo suo magnum ciuitati Dei damnum adferunt, existimo, quod ab impietate absolui nequeant.

§. XXXIV.

Quum vero tam diuersae circumstantiae *Mohammedis* Enthusiasmum admodum probabilem reddant, argumentis a PETRO BAYLIO in contrarium adductis parum moueor, qui mauult *Mohammedem* Impostorem strictè sic dictum appellare, quoniam eius mores ad conciliandos amicos opportuni singularem prudentiam arguunt. 63) Neque enim *Mohammedis* prudentia ciuilibis, morumque suauitas Fanatismo & Enthusiasmo eius quicquam obest; quum necesse haud sit, vt Fanaticus omni rationis vsu destituatur. Potest aliquis in vna re errare, de alia autem recte iudicare. Et qui ob phantasiae corruptelam nonnumquam sibi visiones fingit, non propterea semper somniat. †) Diuersam esse Fanaticorum rationem SAMVEL TURRETINVS l. c. multis exemplis declarat. Et HORATTI etiam testimonio firmari potest, non omnem Fanaticum, atque Visionarium, vt vocant, rationis vsu plane carere. Epistola enim ll. lib. ll. v. 131. seqq.

Fuit, inquit, haud ignobilis Argis

Qui se credebat miros audire tragoedos,

In vacuo laetus sessor, plausorque teatro;

Cetera qui vitae seruaret munia recto

More: bonus sane vicinus, amabilis hospes,

Comis in vxorem, posset qui ignoscere seruis,

Et signo laeso non insanire lagenae:

Posset qui rupem & puteum vitare patentem.

Hic

63) vid. BAYLE *Dictionaire Tom. III. voce Mohammed* p. 258.

†) conf. MER. CASAVBONVS de *Enthusiasmo* p. 55.

Hic ubi cognatorum opibus, curisque refectus,
Expulit elleboro morbum, bilemque meraco,
Et redit ad sese, pol, me occidistis amici,
Non seruastis (ait) cui sic extorta voluptas,
Et demtus per vim mentis gratissimus error.

§. XXXV.

Neque recte BAYLIUS l. c. argumentatur: quem deficit facultas miracula designandi, ille non potest non certus esse, se perperam sibi persuadere, quod diuinas habeat reuelationes. Fanaticus enim, quum gratissimus illi suus error sit, eum omnibus modis fouet, neque ob hanc causam, quam BAYLIUS allegat, eum missum faciet, quum absolute necessarium non sit, ut quilibet Dei apostolus miraculis demonstrat, se a Deo missum esse. Ceterum si inuertatur BAYLIUS argumentum, ad firmandam religionis Christianae veritatem conducit. Valet enim consequentia; qui veri nominis miraculis demonstrat, se a Deo esse missum, is Fanaticus esse nullo modo potest. 64) Tantam enim vim corrupta phan-

64) FRIDEAUX l. c. p. 137. 138. „The Founder and First Teachers of Christianity gave such Evidences for the Truth thereof, as Enthusiasm could never produce. For can Enthusiasm raise the Dead to Life again, cure all manner of Diseases, and work such other Miracles, as Christ and his Apostels did? Had they by Enthusiasm been mistaken in the doctrines, which they taught, certainly God would never have wrought such wonderful Works by their Hands, as give Testimony thereto. Seuerall of the principal Articles of our Faith depend upon such Matters of Fact, as allow no room for Enthusiasm to take place in them, as that of the Resurrection of our saviour from the dead, his Ascension into Heaven, and the Descent of the Holy Ghost in the gift of Tongues. For in such things as these, which men see with their Eyes, and hear with their

phantasia non habet, vt facultatem mortuos resuscitandi, atque similia opera designandi, largiri queat. Quum igitur IESVS CHRISTVS eiusque apostoli eiusmodi miracula perpetrarint, ne Fanatismi quidem suspicio in eos cadere potest. 65)

§. XXXVI.

Non desunt, qui recte quidem *Mohammedem* inter Enthusiastas numerant, quamuis perperam tutentur; cum ad summum Enthusiasmi gradum peruenisse, atque ipsius spiritus inferni impulsus pro reuelatione diuina habuisse. Ex iis est GISEBERTVS VOETIVS, qui in

CON-
 „ their Ears, and seal with their Hands (as one of the
 „ Apostels did the very Wounds of our Saviour after his
 „ Resurrection) no Enthusiasm can ever lead Men into a
 „ Mistake. For can it possibly be said, that it was only by
 „ Enthusiasm that five hundred Men together saw CHRIST
 „ after he was risen again from the dead? Or that it was
 „ by Enthusiasm, that his Apostels saw him ascend up into
 „ Heaven from Mount Oliuet in the presence of them all
 „ at Noon day? Or that it was only by Enthusiasm that the
 „ same Apostles on the day of Pentecost receiv'd the Gift
 „ of Tongues, by the Descent of the Holy Ghost upon
 „ them, so as to be able to conuerse with all the several
 „ Nations then at Ierusalem in their own Languages, without
 „ ever having learnt any thing of them. To say that
 „ Men could any way be mistaken in such things as these,
 „ will be to deny the certainty of sense, and overthrow
 „ the Foundations of all manner of Knowledge whatever. „
 65) GEORGIUS BENSON singulari disputatione declarauit; „ that
 „ st. PAVL could neither be an Enthusiast, nor an Impostor:
 „ and consequently, the Christian Religion must be (as he
 „ represented it) Heavenly and diuine. Addita est, eius PA-
 „ RAPHRASE and Notes on St. PAVLS epistle to Phile-
 „ mon, „ Lond. 1731.

controuerfiam adducit; „ an epilepfiae & maniacis de-
 „ lirijs aut enthusiasmis diabolicis *Mohammedi* adfuerit
 „ energema? & respondet: Non video cur hoc negan-
 „ dum fit, fi vitam & actiones eius intueamur. Et
 „ exferre de illo probat IO. ANDREAS MAVRVS in
 „ Confufione feftae Mahometicae cap. I. eum a Mec-
 „ canis ciuibus pro fatuo & obfelfo & a propria vxore
 „ pro phrenetico & a Satanae tentationibus delufo, fu-
 „ iffe habitum, & PHILIPPVS GVADAGNOLO in apo-
 „ logia contra ACHMEDVM ALABADIA cap. IO. feft. I,
 „ ex libris Saracenicis AGAR & ASSIVA probant, eum
 „ ex vita eremitica, & nimio ieiunio, factum fuiife in-
 „ fomnem, & in spelunca commorantem audiiffe voces
 „ & fermones, loquentem autem neminem vidiffe. Ita
 „ cum furiofis & daemoniacis Enthufiaftis, ac Prophe-
 „ tis Monafterienfibus, quos Patrum noftram aetas
 „ vidit, in eo comparari poffit. 66)

§. XXXVII.

Equidem vero non ea quidem de cauffa tenendum
 iudico; nullas in Enthufiasmo *Mohammedis* diaboli fuiife
 partes, quod *Mohammedis* doctrina varia contineat, quae
 Satanae admodum funt aduerfa, atque in summi Numi-
 nis gloriam cedunt; quodque varias egregias virtutes
 praecipiat. Ipfe enim fatanas transformatur in angelum
 lucis, & recte B. LVTHERVS nofter animaduertit: *Der Teu-
 fel will auch einen fchoenen Deckel haben, und ein fchoener En-
 gel feyn, als ein Engel des Lichts.* 67) Neque PETRI BAYLII
 fententiam reprobendam defendo, qui opinatur; im-
 poffibile elfe, vt quisquam hominibus perfuadeat; fe
 elfe

66) GISB. VOETIVS felectar. difputation. theolog. P. I. p. 105, 105, 8

67) LVTHERVS T. IV. Ienenf. germ. de bello contra Turcam
 p. 4; 8. b. conf. B. IO. CONR. DANNHAWERL difertatio
 de *Mohammedismo*, quae inter Difputationes eius Theologicas
 exftat, p. 1673.

esse Prophetam, nisi varias egregias doctrinas morales inculcet, atque e re diaboli fuisse, vt *Mohammed* falsam quamdam religionem, Christianae religioni aduersam, stabiliret, quamuis eadem in paganismi cedat excidium. 68) In primis vero ea de caussa autumo splendidam moralem doctrinam *Mohammedis* satanae consiliis non aduersari, quod vnicuique permittit illi indulgere peccato, quod amat praeter cetera. (§. XXIII.) 69) Sed quum temerarium sit, nisi cogentes adsint rationes, extraordinarium satanae concursum statuere, omniaque illa, quae *Mohammed* suscepit, ex caussis naturalibus commode explicari queant, a iudicio, quod GIBERTVS VOETIVS de *Mohammede* tulit, abstineo, nihilque, quod certum atque exploratum sit, hic definiri posse, teneo.

§. XXXVIII.

Quod reliquum est, prouidentiam Dei, quae in stupenda Mohammedismi propagatione maxime conspicua est, veneror. Pagani enim Arabes, Mohammedismi ope, ad meliorem, quam quidem antea de Deo habuere, notitiam peruenerunt, eamque, modo non nolissent, ad Christianae religionis praestantiam intelligendam potuissent adhibere. Christiani vero, qui Mohammedicae religioni dederunt nomen suum, grauissimas, ob subtractas sibi praestantissimas religionis Christianae doctrinas, impietatis suae dederunt poenas. Quod igitur ad hos attinet, comprobatum est, quod Deus perspicuis comminatus est verbis, futurum; vt lumen Euangelij, quibusdam Ecclesiis diuina gratia accensum, propter defectum fidei & charitatis, iisdem iterum subtrahatur. Apostolus enim 2 Thesl. II. 10. 11. praedixit: *quoniam amorem veritatis, quo salui fierent, non admiserunt, propterea mittet eis Deus vim erroris tantam, vt credant mendacio, quo damnentur, quicumque veritati non crediderint, sed sceleribus delectati fuerint.* Et ipse CHRISTVS Ephesinae Ecclesiae apud Ioannem Apoc. II. 5. comminatur: *adoriar te breui, tuumque candellabrum ex suo loco transmuebo, nisi ad sanitatem redieris.* Neque vllum maius grauiusque exemplum exstat impletae iustae huius commi-

68) P. BAYLE *Pensees diverses sur les Cometes* num. 190.

minationis diuinae, quam hoc, quod Mohammedismus admiranda cum celeritate, magnam orbis Christiani partem occuparit. Dum autem iustitiam horum iudiciorum diuinorum agnosco, merito atque optimo iure etiam summi Numinis gratiam veneror, quod non permiserit, vt hi coetus Christiani, qui saluari Christi doctrina priuandi erant, in paganam idololatriam prolapsi sint, sed potius concesserit, vt ad quamdam religionem, inter Christianam & paganam intermediam, peruenerint. Quae quamuis omni illa praestantia, in qua gloria Euangelii IESV CHRISTI consistit, orbata sit, & grauissimis naeuis abundet, tamen, praeter quoddam populare theologiae naturalis compendium, aliquam CHRISTI & scripturae sacrae seruat notitiam, quae & ad suadendum Mohammedanis, qui quondam Christiani fuerunt, reditum ad Christianae religionis professionem, vtiliter adhiberi, & vniuersae omnibus Mohammedanis, ad agnoscendam Christianae religionis veritatem, faciem quamdam praesferre potest. Spero enim cum B. LVTHERO *Euangelium nostrum tanta luce fulgens etiam impetum facturum esse ante diem iudicii in ipsos Mohammedanos*, 70) eosque CHRISTVM IESVM ex animo veneraturos esse. Quod faciat Dominus noster IESVS CHRISTUS cito, & omnia instituta ad Mohammedanorum conuersionem prouehendam comparata 71) fortunet! Idem sanctissimus Saluator noster nobis gratia sua praesto fit, vt dignam praecellentissimo eius verbo divino vitam agamus; neque permittat, vt vel fanaticorum hominum somniis, vel Deistarum sophismatibus, vel Paradoxophilorum ineptiis, nobis aut posteris nostris, vera atque salutaris Euangelii doctrina eripiat. Illi sit gloria in perpetuum!

69) Praetereundo obseruo, quod BAYLIVS Diction T. III. p. 258. declaraturus; non adeo abscondam esse illorum sententiam, (quam tamen ipse suam non facit) qui tuentur; *Mohammedem* satanae impulsus pro diuina inspiratione, habuisse, perperam arguerentur: Quod si diabolus *Mohammedem* potuit excitare ad Impositionem faciendam, multo magis efficere potuit, vt *Mohammed* eius impulsus pro diuina inspiratione haberet. Quum enim sine permissu summi Numinis spiritus tenebrosus nihil quidquam in detrimentum generis humani suscipere possit, h. l. non valet consequentia; qui potest maius, potest etiam minus; 70) vid. MARTINI LVTHERI praefatio, Septemcastrensis de religione Turcorum commentationi praemissa.

71) conf. ven. D. IO. HENRICI CALLENBERGII *Nachrichten von einem Versuch die verlassene Mohammedaner zur heylsamen Erkenntnis Christi anzuleiten.*





D Hb 815

ULB Halle

3/1

001 171 704



